

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 913

**Auteur(s) :** Henri II, Bayeux (évêque)

**Bénéficiaire(s) :** Jourdain, chanoine d'Amayé, Bayeux (archidiacre)

**Bénéficiaire(s) :** Robert de Gouvix [chevalier]

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1165-1205]

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Henri II, évêque de Bayeux, notifie une composition à l'amiable faite entre l'archidiacre Jourdain, chanoine d'Amayé-(sur-Orne), et le chevalier Robert de Gouvix, au sujet de quelques dîmes de cette prébende. Le clerc présenté par Robert au chanoine devra jurer fidélité et obéissance à ce dernier.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° CXXII, t. 1, p. 147-149.

## Dissertation critique

Épiscopat d'Henri II, 1165-1205.

Texte établi d'après a

Henricus, Dei gratia Baiocensis episcopus, omnibus Christi fidelibus, tam præsentibus quam futuris, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod, cum inter Jordanum, archidiaconum Baiocensem, canonicum præbendæ de Mae, et Robertum de Goviz, militem, controversia verteretur super quibusdam ejusdem villæ decimis, tandem, interveniente amicabili compositione, in præsentia nostra, et capituli nostri Baiocensis, in hunc modum sopita conquievit. Dictus siquidem miles in manu nostra resignavit omne jus quod habebat in decimis ejusdem villæ, et ubicumque in ea essent sibi vendicabat, et auctoritate nostra et dicti capituli interveniente, concessit eidem canonico, et successoribus suis in eadem præbenda, præfatas decimas, cum omni integritate, perpetuo possidendas, ita quod sibi, vel hæredibus suis, nichil omnino in eisdem decimis retinuit, hoc excepto quod canonicus, vel successores sui, dabunt de grangia sua, per manum canonici, duos modios bladi, unum scilicet frumenti, et alterum ordei, ad mensuram dictæ villæ, annis singulis, infra mensem septembrios et Natale Domini recipiendos clericos quem dicto canonico, vel successoribus suis, prædictus miles, vel hæredes sui, præsentabunt. Si vero contigerit dictum Robertum juste evincere præsentationem cantariæ prænominatæ villæ a Rogero de Mae milite, clericus, qui ab ipso Roberto, vel hæredibus suis, canonico, vel successoribus suis, fuerit præsentatus, altarium, et omnes minutæ decimas, et tres modios bladi tercionarii, in grangia canonici, per manum canonici, ad dictam mensuram, infra præfatum terminum, nominatæ cantariæ percipiet, et nichil ultra in decimis præfatae villæ, vel in aliquo ad ecclesiam de Mae pertinente, idem clericus vendicabit; sed omnes decimæ, tam in duabus garbis quam tercia, canonico in perpetuum remanebunt, clericos autem, ad dictam cantariam præsentato, antedicti duo modii,

unus frumenti, et alter ordei, ipsi canonico in perpetuum remanebunt. Quicumque vero clericus canonico fuerit præsentatus, fidelitatem et obedientiam jurabit se canonico servaturum, et nichil, ultra id quod prædictum est, in præfatis ecclesia vel decimis petiturum. Hæc autem fideliter observanda juramento ab utraque parte præstito firmata sunt. Ut ergo hæc firma sint, et stabilia perseverent in perpetuum, ea præsentis scripti testimonio, et tam sigilli nostri quam sigillorum prædicti capituli et Roberti de Goviz, militis, appensione dignum duximus roborare.